Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



lapidis chrisoliti. Et aspectus eorum
similitudo erat quasi sit rota in
medio rote. Cumque ambularent in
quatuor partes quadrabantur non reti
bantur ambulantes. sed ad locum in
dicabant quae prima erat sequebant
et retro non commutabantur. Et omne
corpus eorum et colla et manus et pene
et similiter plene erant oculis in circuitu
quatuor rotarum. Et rotas istas videbant
volubiles audiente me. Quatuor
autem facies habebat una cherub. et
facies secunda facies hominis. et tertia
facies leonis. et in quarto facies aquile.
Et elevata sunt cherubim. Iste enim est
animal quod vidi iuxta fluvium
chobar. Incipit Daniel prophetia. Dominica.

IN anno tertio regni Joachim re
gis iuda. venit nabuchodo
nozor rex babilonis. in iherusalem et
obsedit eam. Et tradidit dominus in ma
nus eius ioachim regem iuda et partem
vasorum domus dei et asportavit ea in
terram sennaar in domum dei sui. et
vasa posuit in domum thesauri dei sui.
Et ait rex assanias preposito eunuchor
um suorum. ut introduceret de filiis israel
et de semine regio et tyrannorum pueros
in quibus nulla esset macula. decoros
forma et eruditos omni sapientia. cau
tos scientia et doctos disciplina et qui posse
sint stare in palatio regis ut docerent
eos litteras in linguam chaldeorum.
Et constituit eis rex annonam per
singulos dies de cibis suis et de vino
unde ipse bibebat et cenarum tribus
annis. postea starent in conspectu
regis. fuerunt ergo inter eos de fi
liis iuda daniel ananias misael
et azarias. et imposuit eis prepositus
eunuchorum nomina. Daniel baltasar.
et ananie sidrach et misahel misach
et azarie abdenago. Posuit autem
daniel in corde suo ne pollueretur
de mensa regis neque de vino eius
potus et rogavit eunuchorum prepositum
ne contaminaretur. Dedit autem deus
daniel gratiam et misericordiam in conspectu
principis eunuchorum ad daniel.
Et ait princeps eunuchorum ad daniel
lem. Timeo ego dominum meum regem
qui constituit vobis cibum et potum.
Qui si viderit multum macros esse
iuvenes per ceteros adolescentulis
coetaneis vestris condemnabitis ca
put meum regi. Et dixit daniel
ad malassar quem constituerat
princeps eunuchorum super daniel ana
niam misahel et azariam. Tempta
nos obsecro servos tuos diebus decem
et detur nobis legumina ad vescendum
et aqua ad bibendum et considerabit
multitudinem nostrorum et multitudinem puerorum
qui vescuntur cibo regio et sicut videris
facies cum servis tuis. Qui audito
sermone huiusmodi tentabant
eos diebus decem. Post dies autem
apparuerunt multitudine eorum meli
ores et corpulentiores pueris omnibus
pueris qui vescebantur cibo regio.
Igitur malassar tollebat cibum
et vinum potus eorum. dabatque eis legu
mina. Puteis autem his dedit deus
scientiam et disciplinam in omni libro et
sapientia. Daniel autem intelligentiam
omnium visionum et somniorum. Com
plenis itaque diebus post quos dixerat
rex ut introducerentur. Introduxit
eos princeps eunuchorum in conspectu
nabuchodonozor. Cumque locutus
fuisset eis rex non inventi de v
nivisis tales. ut daniel ananias.